





EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.



98.

AAA

Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, possibly Gothic or Carolingian minuscule, covering the majority of the page. The text is written in dark ink on aged, yellowish paper.





Quas  
ORNATISSIMVS ET HVMA-  
NISSIMVS VIR, DN. IOHANNES

BAAR civis Servestanus,

Cum honestissimâ & pudicissimâ virgine

ANNA,

REVERENDI ET DOCTISSIMI VIRI DN. DANIELIS WAL-

STORPII ad D. Nicolaum apud Servestanos Archidiaconi vigilantissimi, dilectâ filiâ, pio & Christiano  
more celebrabit ibidem VI. Cal. Oct. Anno xpcypvics

1608.



Psa Dei, summus casti qui foederis autor,  
Vox clara è coelis ore potente jubet:  
NON HOMO SIT SOLVS, sociæ vel conjugis expers,  
Sed quisquis lecti ut jura sacrata colat.  
Mutua convenient ut eodem pectora lecto,  
Aurea tranquilla foedera pacis ament:

Ad Dominum pariter fundant ut debita vota,  
Vanas qui illorum non finit esse preces:  
Vt possint æqua tolerare incommoda mente,  
Haurire è vero fonte salutis opem.  
Hæc quoniam tecum reputas, charissime Sponse,  
Nunc iterum sponsam deligis in thalamum.  
O nimium felix, ô terq; quaterque beatus,  
Cum tibi chara satis casta puella datur.  
Hanc decorat pietas, longè pulcherrima virtus,  
Vitaquè non ullis commaculata notis.  
Iam novè Sponse tibi Sponsam gratare, SOROREM,  
Quæ venit à Domino non aliunde tibi,  
Accipe Sponse tuam Sponsam, acceptamquè reserva,  
Sit dilecta tibi, cor, tua cura simul.  
Et tibi Sponsa, SOROR, Sponsum gratare pudicum,  
Corporis agnoscas hunc caput esse tui:  
Tuq; tuum Sponsum vero complectere amore,  
Univertali quem DEVS ipse modo.  
O mea chara soror, flagrabas MATRIS amore,  
Nunc Sponsi flagras, ô mea chara Soror.  
Unus amor, Sincerus amor, mens una, cor unum,  
Et geminum corpus Spiritus unus alat.  
Hæc, ô Sponse tibi, castâ cum virgine Sponsâ,  
Ex animo lætus prospera cuncta precor.  
Sit vobis pietas, & erit concordia cura,  
Nullius deerit copia justa boni.  
Contingent nati ceu mutua pignora lecti,  
Dulcia felicitis germina conjugij.  
Vivite concordés semper, vitamq; beatam  
Ducite, quam solvat nil nisi magna dies,  
Vivite vos ambo unanimes; vos vivite lætis  
In vestra semper PAX sit amica domo.

Fraterni amoris & honoris ergò F.  
Daniel Walstorpius Junior  
Sponsa Frat.

ALIVD.

Sunt, quos deterrent à te ad multa jugali,  
Conjugibus, quando, quæ subeunda, putant.  
Nam duo quamprimum socialia foedera jungunt,  
Coguntur miseri sub juga colla dare.  
Sæpè hinc deficiunt, vitæ quibus indiget usus,  
Pauperiesq; premit ponderis instar eos:  
Mox hinc ingenti curarum mole gravantur,  
Plenaq; sunt luctu tecta domusq; novo.  
Sæpius inter eos tarpissima rixa movetur,  
Iura facit casti quæ graviora tori.  
Cætera quis numeret mala, quis numeret ve, pericla  
Conjugibus semper quæ subeunda pijs?  
Ast his neglectis iterare hymeneia gestis  
Gaudia per celebri vir pietate cluens:  
Scilicet obsequium præstans Dominoq; Deoq;  
Approbat & mandat qui pia jura tori  
Tene ab his revocant (revocent non) dicta pericla,  
ANNA quies sponsi vivaq; flamma tui:  
Verum clementis promissis freta JEHOVÆ  
Conjugij liciti jura subire paras.  
Et placet ante alios lanus virtute celebris,  
Sis quamvis alijs antè adamat a procis.  
Ergo cum jungat nunc vos divina voluntas;  
Dilige Sponse tuam, dilige Sponsa tuum.  
Hanc sortem vobis grator de pectore amico,  
Procedant fato foedera sacra pio.  
Pax ornet thalamum firmè concordia firmet,  
Veraq; cum vero duret amore fides.  
Tempore vos vitæ diuturnæ vivite longo,  
Vestraq; nec careat prolis honore domus.

Samuel Engelhard Schlie-  
bensis Saxo.

VVittebergæ Typis Mullerianis.



OF ANATISSIMVS ET HYMA  
RISSEMVS VILSON JOHANNES

ANNA

88

141

Faint, mostly illegible text in the left column, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, mostly illegible text in the right column, possibly bleed-through from the reverse side of the page. Includes a small decorative emblem or seal near the top right.









№ 1996

8

U

ULB Halle 3  
 002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.  
 nicht zu ermitteln!  
 28 a / 50 / 1996 /

U 8 17 M









Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

